Nicolaus de Thwrocz et Leonardus Barlabassy de Hederfaya vicewaynodi Transsilvani et Siculorum vicecomites
Nobilibus ac Agilibus Luce Apor de Zenthiwan Thome Kalnoky de Kewrespathaka Francisco de Nagh-
borozuio et Johanni Dacho de Zenthgeorgh Gratiam Reverentiam cum honore Noveritis Ex Nobis die dominico
proximo ante festum purificationis beatissime virginis Marie Vnacum Nonnullis Harum partium Transsilvanarum
Nobilibus Hic Inopito Eniyed constitutis et existentibus Nobilis Michael Nemes de Hydweg Iuxta continentem litterarum
vicarii Ecclesie Albensis Transsilvane Transmissionalium pariter et prorogatoriarum in figura nostri Iudicii personaliter comparuit
presentibus ibidem et audientibus Agile Osvaldo Kandal de Naghbelen vitrico Ecclesie beate Katherine virginis et Martyris
in eadem possessione Naghbelen fundate contra eundem proposuit Eamque Ex quibus progenitores prefati actoris et prosequens
idem actor simulcum ceteris fratribus suis semper et ab antiquo super fluvio Olth in territorio dicte possessionis Hydweg
in comitatu Albensi Transsilvanensi existentem Navem transvadalem habuerunt atque tenuerunt nullo penitus contradictione
apparente Tamen prefatus Osvaldus Kandal vitricus Ecclesie beate Katherine virginis predicte ipsum actorem simulcum dictis
fratribus suis ab ulteriori conservatione et edificatione Navis Transvadalis tam per censuras ecclesiasticas quam alias
per contradictiones et inhibitiones diversimode perturbasset Inquietareque non cessando ac ipsam Navem seu vadum
ipsius actoris ab eodem omnino deperdere satagam in dies in preiudicium et dampnum prefati Michaelis Nemes et aliorum
fratrum eiusdem predictorum valde magnum Quo audito prefatus Osvaldus Kandal vitricus Ecclesie predicte personaliter in
eandem nostram exurgentem presentiam Respondit talimodo Ex eadem Ecclesia beate Katherine virginis inter prescriptam possessionem
Naghbelen et possessionem Monyoros vocatam super prescripto fluvio Olth semper Magnam Navem transvadalem habuisset
atque tenuisset dicti vero Nobiles de Hydweg nullo unquam tempore talem Navem transvadalem super eodem fluvio
in dicto territorio possessionis Hydweg tenuissent sed tantummodo parvas Naves asseribus tectas habuissent prescripte
Navi Iamfate Ecclesie in proventibus nunc vocitur Sicque ipse Osvaldus Kandal in causam actus annotatum actorem a
nova preparatione Navis transvadalis merito et de iure prohibuisset Ne proventus Navales dicte Ecclesie ab eodem
deperderet Et quia prefatus Michael Nemes actor in verificatione actionis et acquisitionis sue prenotate semper promisit
vel dicere attestationi vicinorum atque communorum prescriptarum possessionum Hydweg et Naghbelen Nobilium quoque provincialium
atque ignobilium prefati comitatus per formam communis inquisitionis fieri submittebat prefatus etiam Osvaldus Kandal
in causam actus in signum innocentie et immunitatis sue similiter se in premissis ad ipsam attestationem et communem
inquisitionem Nobilium [illegible] quibus [illegible] quilibet [illegible] ad quam faciendam vos [illegible] partibus necessarie [illegible]
debebatis Requirimus ergo vos et Nichilominus vobis in persona spectabilis et Magnifici domini nostri Gros
Johannis Comitis terre Scepusiensis Vaynode Transsilvani et Siculorum comitis et firmiter quilibet [illegible] agitis
presentibus feria sexta proxima post festum beati Georgii martyris [illegible] ad faciem possessionis Monyoros [illegible] personaliter accedere Eisdemque
universis vicinis et communis possessionum Eatenus Nobilibus quoque provincialibus atque ignobilibus prefati comitatus
Albensis per easdem partes subonerent Sedecim Marcarum illac insimul et ad unum locum convocandum et congregandum Eosdemque ad
fidem eorum deo dictam fidelitatemque domino nostro Regi et Sacro Regio eius diademati observandam tacto domini
crucis signo prestare odio favore amore timore premio prete et precio parcium postergatis absque scrupulo cuiuslibet
falsitatis solum deum et eius iustitiam ferentes preoculis de eo utrum prefatus Michael Nemes actor simulcum
fratribus suis super prescripto fluvio Olth in territorio dicte possessionis Hydweg Magnam Navem transvadalem ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ tenuerint ab antiquo nullo penitus contradictore apparente vel autem prescripta Ecclesia beate Katherine virginis
et martyris inter prescriptas possessiones Naghbelen et Monyoros super sepefato fluvio Olth semper et ab antiquo
Magnam Navem transvadalem habuerint et tenuerint dictus vero actor simulcum dictis ceteris fratribus suis talem
magnam Navem transvadalem nullo unquam tempore conservaverint sed tantummodo parvas Naves asseribus tectas
habuerint prescripte Navi Iamfate Ecclesie in proventibus nunc vocitur An ne more communis inquisitionis quemlibet
eorum seorsum et singillatim investigare fiatis inquiratis et experiamini [illegible] plenam atque omnimodam de premissis
certitudinis veritatem et postea [illegible] veritatis premissorum [illegible] inquisitionis
seriem Quo scilicet et [illegible] formis [illegible] per quemlibet eorum singillatim fuerit attestatum Cum
proprijs et possessionum attestatis Nominibus [illegible] indecimum diem diei ipsius vestre exequutionis Modo simili
fide [illegible] vestra mediante nobis [illegible] et oretenus referre [illegible] Secus non fecerit presentibus
per lectis exhibentibus restitutis datum [illegible] Anno domini Millesimo Quingentesimo duodecimo.

1512

Lista 3.

IV 10.